¹ *Thomas von Aquin*, *Gott der Dreieinige*, I 27-43. Die deutsche Thomas-Ausgabe. Vollständige, ungekürzte Ausgabe der *Summa theologica*. 3. Band. Salzburg 1939, 44 f.

² *Thomas von Aquin*, *Die Menschwerdung Christi*, Ebda 25. Band. Salzburg 1934, 35 f.

Begriffes «Natur» gibt. Die aristotelische Begriffsbestimmung von natura im 1. Kapitel des 2. Buches der Physik ist im Kommentar des Siger von Brabant zur Physik, der jetzt in einer vorzüglichen Ausgabe von Philipp Delhaye vorliegt, zum Gegenstand mehrerer Quaestionen gemacht¹.

In der Admonter Handschrift reiht sich unser Traktat De quiditate et esse unmittelbar an die Schrift des hl. Thomas von Aquin De ente et essentia. Diese Jugendschrift, die der Aquinate «ad fratres et socios nondum existens magister» verfaßt hat, trägt bei Tolomeo von Lucca und Bernard Guidonis eine doppelte Benennung: De ente et essentia und De quiditate et esse². Die letztere Benennung stimmt genau mit dem Titel unseres Traktates überein. Beide Schriften behandeln die Grundbegriffe der Seinsmetaphysik. Die Schrift des hl. Thomas überragt indessen in inhaltlicher und methodischer Hinsicht den Traktat des Anonymus. Während dieser mehr terminologische Darlegungen aneinanderreicht, greift die thomistische Jugendschrift, welche die Lehre von der Wesenheit in allen Formen und Stufen des Seienden darstellt und mit klarem Blick irrige Theorien, namentlich Avencebrols widerlegt, tief in die Probleme der Seinsmetaphysik ein. Mit dieser Schrift hat der Doctor Angelicus zu Beginn seiner literarischen Tätigkeit eine Metaphysik im Lapidarstil geschrieben, wie er am Schluß seines gewaltigen wissenschaftlichen Lebenswerkes im Compendium theologie eine leider unvollendet gebliebene Dogmatik im Lapidarstil geschrieben hat. Die überragende Bedeutung dieser Erstlingsschrift, die im 15. Jahrhundert von Georgius Scholarios ins Griechische übertragen wurde, kommt in zahlreichen Kommentaren bis in die Gegenwart herein deutlich zum Ausdruck. Ich habe in einer Abhandlung einzelne solcher Auslegungen zusammenstellen können³. Hierzu kann ich jetzt drei anonyme Kommentare

¹ Siger de Brabant, Questions sur la Physique d'Aristote (Texte inédit). Les Philosophes Belges Tome XV. Louvain 1941, 81-89.

² Vgl. M. Grabmann, Die Werke des hl. Thomas von Aquin. Eine literarhistorische Untersuchung und Einführung. München 1932, 302.

³ M. Grabmann, De commentariis in opusculum S. Thomae Aquinatis de ente et essentia. Acta Pontificiae Academiae Romanae S. Thomae Aq. et Religionis Catholicae Romae 1930, 3-16. Die Bedeutung der Kommentare für die Beurteilung der Thomasschrift selbst ist eingehend dargestellt von K. Feckes, Das Opusculum des hl. Thomas von Aquin «De ente et essentia» im Lichte seiner Kommentare. Aus der Geisteswelt des Mittelalters. Festschrift Grabmann, herausgegeben von A. Lang, J. Lechner, M. Schmaus 1935, 667-681.

fügen, zwei im Cod. 172 fol. 82r-83v, 84r-85v der Universitätsbibliothek Graz¹ und einen sehr umfangreichen Kommentar im Cod. 34. D. IX fol. 34r-59v der Rubenov-Bibliothek in Greifswald. Über letzteren, der in Bologna geschrieben wurde und wahrscheinlich einen deutschen Dominikaner zum Verfasser hat, werde ich bei einer anderen Gelegenheit handeln.

Wenn nun auch der anonyme Traktat De quiditate et esse, dessen Text wir bringen, hinter dem thomistischen opusculum zurücktritt, so ist er doch, zumal wir solche metaphysische opuscula aus dem 13. Jahrhundert nur in geringer Zahl besitzen, namentlich in terminologischer Hinsicht sehr beachtenswert.

Für die Gestaltung des Textes dieser Ausgabe ist die Admonter Handschrift (A) als die ältere und zugleich bessere zugrunde gelegt. Die abweichenden Lesearten der Vatikanischen Handschrift (V) sind als Varianten verzeichnet. An einzelnen Stellen verdienen die Lesearten des Vaticanus den Vorzug und werden die Lesearten des Admontensis als Varianten angebracht.

Textausgabe.

Necesse est considerare primo, quid essentia quid substantia quid subiectum quid res quid ratio quid natura, ne in vacuum eorum differentiam ostendamus, quorum intentionem non novimus. Dico ergo secundum *Philosophum* et *Boethium* in libro suo de Trinitate².

Essentia est id, quo res est id quod est verbi gratia humanitas est essentia hominis et breviter quelibet causa formalis sive effectus est essentia. Esse vero est actus essentiae, ut dicit *Philosophus*³ in metaphysica, et intellige, qualiter sit actus eius. Non enim est dubium, quin essentia hoc, quod dicit, dicat in abstractione, secundum autem quod sic consideratur nullius perfectionis est nisi potentialiter. Contingit autem ipsam actu diffundi super illud, cuius est perfectio, et illa diffusio ipsius dicitur actus eius eo quod ipsa tunc est actu perfectio verbi gratia humanitas in abstractione considerata⁴ non est perfectio, actualis alicuius. Consideremus autem eam in coniunctione ad id, cuius est perfectio, jam erit alicuius perfectio nec tunc poterit significari in eadem intentione nominis qua prius, ut dicatur humanitas (A fol. 49^{rb}), sed dicetur homo. Unde homo, et humanitas idem dicunt, sed humanitas in abstracto⁵ homo in diffusionem super ipsum, quod perficitur id est in concreto. Et ideo accidit, quod humanitas de eo, cuius est perfectio, non potest

¹ A. Kern, Die Handschriften der Universitätsbibliothek Graz I. Leipzig 1939, 172 f.

² V Dico ergo secundum Ylarium et Boetium in libris suis de trinitate.

³ A add. puto.

⁴ V significata.

⁵ V abstractione.

predicari, sed homo verissime predicatur. Sicut autem se habet humanitas et homo, ita essentia (V. fol. 13^{va}) et esse sive ens quod melius est intelligentia et intellectus albedo et album et sic in omnibus reperies et semper abstractum habebit rationem essentie et concretum rationem actus.

Substantia autem secundum intentionem nominis est id, quod substans in quantum substans, secundum quod consideratur ab *Aristotele* in Predicamentis. Dico autem in quantum substans propter materiam, que licet substans, non tamen actualiter¹ necesse est, quod semper substans, quia sic periret materia prima quam Greci hyliacim dicunt, sed compositum ex perficiente essentialiter et perfectibili essentialiter dicitur substantia. Sed dico ex perficiente et perfectibili, quia hec duo ambiunt omne compositum sive corporale sive spirituale, quod non facit materia et forma, sicut patebit infra, quia hec² tantum in corporalibus inveniuntur. Essentialiter autem dico propter accidentia³, que aliquando⁴ videntur afferre perfectionem sicut albedo et huiusmodi, sed non faciunt substantiam, secundum quod a nobis consideratur, sed faciunt substantiam, sicut infra patebit.

Subiectum sic diffinit *Ysaac*: Est ens in se completum occasio existendi alteri in eo verbi gratia homo ens in se⁵ completum est, quia sunt in eo perficiens et perfectibile coniuncta in unum et hoc eo ipso, quod substans per se tamquam perfectum, occasio est existendi in eo ipsis accidentibus, quia accidentia non habent esse nisi per id⁶, in quo sunt. Et id est subiectum eorum quasi post perfectionem subitus iactum.

Res vero, secundum quod proprie sumitur, diffinitionem⁷ nullam habere potest, quia cum sit generalissimum et generalius his, que X generalissima dicuntur, ea includit et quidquid ponitur in eius diffinitione res erit et sic diffiniretur idem per seipsum et erit idem notius seipso, que omnia inconvenientia sunt et repugnata rationi. Sed per posterius describi potest aliquantulum⁸ sic: Res est, quod habet entitatem in universo vel extra quocumque modo sive absolute ut substantia quantitas et qualitas sive in comparatione ut fere quodlibet aliorum predicamentorum. Dico autem (A 49^{va}) extra propter ea, que sunt in opinione⁹ sicut cymera et hiis similia.

Ratio autem, secundum quod proprie sumitur, est collatio anime de apprehenso verbi gratia contingit apprehendere Sortem¹⁰ currere. Confert autem anima, quum si currit movetur et hec collatio propriissime dicitur ratio. Si igitur predicta in propriis intentionibus et proprie considerentur, accipiuntur in significationibus predeterminatis.

Minus autem proprie considerantes essentiam appellamus essentiam quodlibet ens, quod tamen magis proprie res diceretur. Similiter improprie loquendo dicimus ens et rem et ens idem. Cum tamen ens sit compositum ex perfectivo et perfectibili, res autem non de necessitate exigit

¹ V naturaliter.

³ V essentiam.

⁵ A om. in se.

⁸ V equaliter.

² V om.

⁴ V aliquam.

⁶ V per aliud.

⁹ oppositione (V).

⁷ V differentiam.

¹⁰ V Sortes.

perfectivum et perfectibile, sed simpliciter aliquid id est aliqualem partem universi respicit, sicut prius dictum est sicut etiam improprie loquentes (V fol. 13^{vb}) de actu dicimus actum quamlibet formam sive in abstracto sive in concreto, cum tamen proprie in abstracto non sit forma nisi potentialiter. Et inde venit ista divisio actus, que traditur ab *Aristotele* in principio secundi libri *de Anima*, quod est duplex scilicet actus ut actus et actus ut habitus verbi gratia considerare est actus ipsius scientie actus autem¹ ut habitus est ipsa scientia². Simili autem modo³ dico de albedine et albo et humanitate et homine. Et sunt etiam quidam magis improprie loquentes, qui dicunt ipsum esse essentiam, cum tamen esse sit diffusio sive actus essentie sicut patet ex predictis. Et taliter sumit *Boethius* esse in libro *de Ebdomadibus* in primis dignitatibus, quas ponit ibidem et in pluribus aliis locis.

Eodem modo substantia considerata improprie dividitur per quatuor differentias in metaphysica *Algazelis* et *Aristotelis* scilicet in quo est, quod est, potentiam et actum et nullum horum est substantia, quam supra consideravimus. Sed quo est omnino idem est cum eo, quod supra diximus essentiam, quod est idem est quod perfectibile secundum perfectionem sive corporaliter sive spiritualiter. Potentia autem idem est quod materia prima, que non est nisi in corporalibus eo, quod omnis materia quantitate determinatur. In spiritualibus autem est nulla quantitas dimensiva, licet sit ibi quantitas virtualis. Virtus autem idem est quod perfectio specifica corporum, secundum quod cadit in hac divisione. Et ex hoc patet, quod ubicumque est talis actus, ibidem est essentia, sed non (A 49^{vb}) convertitur, quia in angelis est essentia, non tamen perfectio vel actus talis, quod sit alicuius potentie sive materie perfectio. Et ubicumque est materia, ibi est quod est nec⁴ convertitur propter eandem rationem, quia in angelis est quod est nec tamen potentia sumitur⁵ materia et hec divisio magis est principiorum componentium substantiam quam ipsius substantie proprie considerate. Sed et hec rationem substantie habent quam et ipsi considerant⁶, quia substantia non fit ex non substantiis. Probatio⁷. Non substantia aut est nichil et de nichilo pure⁸ nichil fieri potest philosophice loquendo, sed nec theologice nisi virtute primi⁹ omnia per creationem de nichilo producente. Sed sic non hic consideramus. Si autem est accidens, manifestum est et¹⁰ per se notum, quod ex accidente substantia fieri non potest. Fit autem substantia ex istis. Igitur¹¹ necesse est ipsas substantias esse, quod omnino quidem

¹ V vero.

² A ipsam scientiam etiam considerare.

³ V Similiter autem.

⁴ V om. propter homoiotelaton nec convertitur... quod est.

⁵ V est sine.

⁶ V Sed ad hanc rationem substantie ipsi considerant.

⁷ V Probatur.

⁸ A potentie.

⁹ V primi per creationem.

¹⁰ V om. et per se notum.

¹¹ V ergo.

verum est. Sed non ita hic consideramus substantiam, quia nos sequimur ipsam nominis intentionem, secundum quod diffinit eam *Aristoteles in Predicamentis*. Attende autem¹ et hoc, quod valde verum² est ad solutionem³ tue questionis, quia communi sermone quodlibet ens potest considerari ut substantia quedam. Dicimus enim substantiam id, quod per se existit ut homo asinus et huiusmodi. Ad similitudinem horum quamlibet rem consideramus sive sit essentia sive quod est sive accidens. Unde dicimus quandoque, quod albedo duobus modis potest considerari scilicet prout est in subiecto et in sua substantia id est imaginari potest albedo ut in subiecto (V 14^{ra}) vel ut per se existens per modum substantie cuiusdam.

Subiectum vero dicitur quodlibet compositum sive corporale sive spirituale, quod potest subici formis⁴ advenientibus id est accidentibus et ideo patet, quod in Deo nullum est subiectum, quia nullius advenientis est susceptibile. Sed anima et homo, angelus et corpus subiecta sunt, quia in se completa accidentia suscipiunt advenientia extrinsece. Ad similitudinem huius subiecti accipitur subiectum uniuscuiusque scientie. Dicimus enim, quod hoc est subiectum scientie, de quo probantur passionis sicut in grammatica potest dici subiectum oratio vel constructio. De hac enim probatur passio⁵ scilicet congruum. Similiter autem et in aliis scientiis. Passio autem nichil aliud est quam accidens semper et ubique conveniens ipsi subiecto et inherens.

Similiter autem et res quandoque accipitur proprie sicut supra dictum est et tunc dicitur res a rectitudine. Quando autem accipitur magis extenso vocabulo pro omni, quod aliquantulum (A 50^{ra}) habet esse sive in anima sive extra et tunc dicitur a reor. Et secundum hoc cymeram rem quandam et similitudines rerum per modum, secundum quem sunt in anima et breviter omne, quod per se vel per simile aliquod secundum totum vel secundum partem vel etiam per suum oppositum cadit in intellectum⁶ per se ut similitudo hominis, quem videmus, per simile secundum totum, ut videmus aliquid fieri in rerum natura et huic simile fingimus, quod tamen nunquam videmus, per simile secundum partem ut hircocervus. Licet enim simile nichil habeat in natura, quod sit unum⁷ quid compositum ex hirco et cervo, tamen quia vidimus hircum et cervum horum partes componentes⁸ secundum vim imaginativam fingimus unum animal, quod hircocervum appellamus. Similiter de cymera, que fingitur in ymaginatione composita, ut sit parte leo prima media capra anguis in ima. Per suum autem oppositum cadunt in intellectum privationes sicut malum impium iniustum et huiusmodi, que licet nichil sint separata ut cum dicitur malitia iniustitia et impietas, tamen secundum quod⁹ sunt in subiecto, non sunt reductibilia in simpliciter nichil. Licet enim cecitas

¹ V Attendendum est hic.

² V necessarium.

⁴ V foris.

⁶ V add. rem dicimus.

⁸ V horum compositionem.

³ A scientiam.

⁵ V probantur passionis.

⁷ V om.

⁹ V tamen quia.

nichil sit, sicut dicit *Anselmus*, cecitas nichil plus est in oculo quam in lapide. In eo tamen cecum non est simpliciter nichil sed est ens deficiens. Secundum autem hoc quod privatio est ymaginata per oppositum secundum habitum. Cecitas enim intelligitur per visionis absentiam et nuditas per carentiam indumenti et divisio per compositionem. Et in omnibus talibus similiter¹ sic considerat ens sive rem *Aristoteles in quarto metaphysice* ubi dicit, quod privatio rei res est.

Ratio etiam diversimode sumitur secundum quod trahitur ad proprietatem. Proprie enim² sumpta sumitur, ut dictum est supra, per collationem anime de apprehenso et hoc videtur posse probari per quandam *Johannem Sarracenum* (V 14^{rb}) qui supra librum *Dyonisii de divinis nominibus* ponit definitionem rationis quandam, cuius sententiam non posui, quia verba eius sunt obscura. Extenso autem nomine rationis dicitur ratio ipsa potentia, cuius actus est collatio illa et hoc frequenter. Omnis enim potentia anime a nomine actus nominatur. Dicitur etiam ratio ipsum collatum, quod est obiectum rationis proprie verbi gratia hoc totum: Sortes currit ergo movetur dicitur ratio quedam et secundum se consideratum, sed proprie ipsa collatio (A 50^{rb}) medii inferentis ad conclusionem non collatum ipsum, non potentia ipsa, que confert, dicitur ratio, a qua etiam coniunctiones dicuntur rationales a *Prisciano*³ scilicet quia habent notare ordinem et collationem cause ad effectum vel econverso scilicet⁴ igitur itaque ergo et huiusmodi. Quandoque etiam ratio dicitur causa finalis prout convertitur eum movente⁵. Finis enim movet efficientem, ut dicit *Aristoteles*, et in quantum finis sic est movens⁶ ipsum efficientem, ipse finis ratio dicitur verbi gratia querimus aliquando⁷ ab aliquo, que sit⁸ ratio operis, quod agit et respondet, quia propter hoc vel illud ago. Si autem queris, secundum quam similitudinem ad rationem proprie dictam sumitur hic ratio, respondeo, quod finis facit ipsum conferre, quoniam per tale opus potest ipsum consequi et sic cadit in intentionem rationis. Et adtende diligenter, quod non dico, quod finis sit ratio simpliciter, sed sic dico eum esse rationem, prout convertitur in efficientem, quia sic cadit in ratione operis, quod agit. Quandoque sumitur iuxta illud, ut ratio dicatur, finis non causa finalis. Debes enim scire, quod aliud est finis, aliud causa finalis⁹. Causa¹⁰ finalis est ultimum et optimum uniuscuiusque in suo ordine et genere, propter quod fiunt omnia que fiunt ad illum¹¹ finem nec fierent, si talis finis non esset. Finis autem est non propter quod fit res, sed ad quod fit. Verbi gratia iustitie opera fiunt propter beatitudinem tamquam propter causam finalem, sed tamen bene possunt fieri ad bene exercitateque se habere ad opera iustitie licet non propter id fieri debeant. Et pro illo etiam sumitur intentio rationis quandoque ut cum dicitur ab eo etiam qui meritorie facit opera iustitie,

¹ substantie.

³ V ut Priscianus dicit.

⁶ V movet sic.

⁹ V Differentia est enim inter hec.

¹¹ V Nam causa.

² V autem.

⁴ V ut.

⁷ V om. aliquando.

¹⁰ V om.

⁵ A in moventem.

⁸ V sit.

que est ratio operum tuorum, respondet, quia ut bene me habeam et exercitate in operibus huius virtutis, hac ratione¹ sic ago. Quandoque etiam dicitur ratio uniuscuiusque rei diffinitio sicut animal rationale mortale diffinitio est et ratio hominis.

Hiis habitis facile est solvere, quod quesisti, quia illa conveniunt in essentia, quorum essentia est eadem verbi gratia diffinitio et diffinitum conveniunt in essentia et tres persone in essentia divina. Et hec inter omnes est maxima convenientia. Unde si aliqua differunt per determinatam differentiam entis, impossibile est, quod conveniunt (A 50^{va}) in essentia. Dico autem determinatam differentiam entis sicut qualitas est determinatum ens et similiter quantitas. Relatio non habet esse (V 14^{va}) determinatum et ideo valde parum habet de ente, sed tamen aliquid habet, quod *Boethius* et *Anselmus* videntur dicere, quod nichil habet et quia valde parum habet, non valet dirumpere unitatem essentialem et ideo licet tres persone sint diverse suis relationibus, non tamen sunt diverse essentialiter. Similiter in inferioribus secundum rem loquendo et non in ratione cum dicitur dominus apposita est relatio super illud, quod dicitur homo², non tamen essentia variata, quia hic dominus et hic homo unius est essentie. Si autem apponas rem alterius predicamenti videbis essentiam variatam ut si dicas hic homo et hic albus, hominis est essentia humanitas, albi vero albedo et ideo differunt in essentia. Similiter autem et intellectus et anima. Nam anime essentia est animeitas, ut liceat sic loqui, intellectus autem intelligentia. Sub hac autem maxima unitate essentie est unitas substantie, quando aliqua dicuntur esse idem in substantia. Et nota ad scientiam huius, quod licet passio subiecti sive proprium surgat de natura accidentium, sicut *Boethius* dicit in *commento super Porfirium*, tamen ipsum familiariter se tenet cum eo, cuius est proprium, quam accidentia que sunt quasi advenientia extrinsecum. Unde possumus dicere, quod proprium est accidens in substantia profundatum et dico, quod tale idem est in substantia cum eo, cuius est proprium ut risibile idem est in substantia cum homine et omnes potentie anime cum sint in anima ut quedam proprietates, erunt idem in substantia cum ipsa anima. Dico³ ergo eadem in substantia, quorum est substantia una et eadem ut proprium et illud cuius est proprium, sed differunt in substantia, quorum substantia non est una et eadem sicut *Sortes* et *Plato*, albedo et dulcedo et breviter quecumque habent separationem ab invicem per modum disparationis vel oppositionis. Ex hoc patet, quod non est inconveniens aliqua esse eadem secundum substantiam sicut homo et risibile et tamen differre secundum essentias, quia diversas essentias habent homo et risibile. Minor autem est unitas inter subiectum et accidens (A 50^{vb}) quam inter subiectum et proprium et dicitur unitas subiecti sicut hoc album et hoc musicum et hoc crispum. Posito, quod hec omnia accidunt eidem erunt unum in subiecto, tamen different secundum substantiam et secundum essentias.

¹ V sic ego.² A et V dominus.³ V Dicimus.

Illa autem differunt subiecto, quorum subiecta sunt diversa sicut hic ambulans et hic dormiens. Unitas autem rei communis est ad omnes differentias, quas tetigi, quia bene concedo, quo tres persone in Deitate non differunt, sed distinguuntur secundum rem ita, quod hec res non sit illa, quia ita caderemus¹ in errorem *Sabellii*² sicut mihi videtur, non tamen reprehendo magistros, qui dicunt, quod relatio nichil sit in personis divinis, si tamen bene intelligunt, quod dicunt, quia et hoc uno modo verum est. Unum autem sunt in ratione, quorum una est ratio id est inter que ratio non potest (V fol. 14^b) fingere diversitatem sicut hominem in quantum huius nunquam diversimode apprehendit. Sed differunt ratione, inter que distinctio rationis cadit. Aliquo modo verbi gratia inter hominem et animal rationale et mortale distinguit ratio hoc diffinitionem ponens illud vero diffinitum etiam secundum quod utrumque per modum cuiusdam rei apprehenditur. Et hoc ideo dico, quia possit aliquis obicere ita: que dicitur diffinitio non est idem quod dico homo. Unde pono, quod utrumque intelligatur per modum rei, adhuc nihil prohibet idem in re aliter et alia ratione intelligi secundum quod homo et aliter secundum quod animal rationale et mortale. Et hoc modo dicimus, quod Deus et Deitas differunt secundum rationem et non secundum rem, quia ratio nostra cum sit materialis, ut dicit *Augustinus*, consuevit in istis inferioribus diversa accipere concretum et abstractum et simili modo fingit diversitatem, ubi secundum rem nullum poterit invenire.

Aristoteles in II^o *Physicorum* in principio dicit: Natura est principium alicuius et causa movendi et quiescendi ipsum in quo est per se et non secundum accidens. Quod dicit per se et non secundum accidens, notat, quod natura est principium intrinsecum ad differentiam motus violenti, cuius principium est extrinsecum sicut patet in gravi sursum proiecto. Licet dicat, quod natura est principium et causa movendi et quiescendi in ipso, in quo est, tamen in quibusdam non est nisi principium movendi sicut in corporibus supercelestibus, que³ semper moventur. Et hoc ideo contingit, quia non totum principium motus est intrinsecum, sed etiam talia (A 51^{va}) corpora moventur ab intelligentiis angelicis vel etiam intelligentia prima id est a Deo, ut dicit *Averroys*, et ideo finis motus est extra scilicet multiplicatio generabilium in inferioribus secundum philosophum naturalem vel etiam ut assimilet se primo secundum motum quam possibile est secundum philosophum primum et metaphisicum.

Ibidem autem *Aristoteles* dat differentiam inter naturam et id, quod est secundum naturam. Natura enim est principium etc. ut supra. Secundum autem naturam est id, quod est secundum illud principium, non ipsum principium ut sursum ferri ignem. Consequenter dicit, quod natura quandoque dicitur materia et hoc probat per quandam alium philosophum Antiphonem, qui probat sic. Si plantetur lectus, non nascitur lectus, sed nescitur lignum. Cum igitur⁴ generatio illa sit naturalis,

¹ V alias incideremus.³ V add. quidem.² A et V Pelagii.⁴ V om.

constat, quod materia illa natura est, quia lectus non secundum formam lectuli, sed secundum formam ligni refertur ad generationem illam. Secundo modo et principaliter dicitur natura ipsa forma, quod probat sic. Quod fit ab arte, dicitur¹ ars. Ergo similiter² quod³ fit a natura, dicitur a natura. Constat autem, quod forma sit a natura. Ergo forma nature dicitur. Tertio modo dicitur natura ipse motus mutatio, que est in forma et materia⁴ sicut generatio. Et hoc probat sic, quia motus est inter naturam multipliciter dictam scilicet inter materiam et formam. Cum igitur sit motus de natura in naturam et ipse potest dici natura.

In V. autem⁵ *Metaphysice* idem philosophus dicitur naturam in VII membra. Unde dicitur natura subiectum (V 15^{ra}) sine contrarietate id est materia nuda. Dicitur etiam natura subiectum id est materia cum altera contrarietate scilicet cum privatione. Tertio forma materialiter id est forma, que est dispositio ad formam specificam ut accidentalis. Quarto forma completiva id est specifica vel substantialis. Quinto efficiens per se. Quod vero sit efficiens per se, ipse dicit in II^o *Physicorum* sic. Statue causa Policlitus aliquantulum statuum faciens, quia⁶ accidit facienti statuum Policlitus esse quasi dicat statuarius est causa efficiens statue per se, Policlitus autem per accidens. Policlitus autem est nomen proprium cuiusdam artificis sicut si diceremus: medicus est causa efficiens medicationis per se, sed Sortes est causa efficiens medicationis per accidens, quia non est secundum eandem formam artifex ad actum vel ad effectum refertur. Alia quippe est forma Sortis⁷ et medicationis, sed non natura medicationis et medici. Sexto autem modo⁸ dicitur natura efficiens per accidens, quod iam expositum est. Septimo modo dicitur natura id quo pullulat (A 15^{rb}) pullulans sicut arbor in sementiva homo et animal in generativa. Et nota, quod cum natura dicta sit sic VII modis ultimus⁹ propriissime natura dicitur id scilicet quo pullulat pullulans¹⁰ secundum naturam assignatam et V^o et VI^o¹¹ modo valde improprie assumpta est nature et VI^o¹² ut proprius quam V^o. Tamen videtur Aristoteles dicere de assignatione vocabuli, sed tamen videtur in *Predicamentis* in fine aliam assignationem adhuc ponere. Dicit enim ibi, quod prius natura dicitur, a quo non convertitur subsistendi consequentia et sic videtur natura dici idem quod forma generaliter et simpliciter respectu forme specificæ sicut animal est forma hominis secundum quod utrumque accipitur pro forma in loyca, que predicabilis est. Possumus enim dicere, quod Sortes est homo, Sortes est animal, et quidquid est homo est animal sed non convertitur. Et ideo animal natura

¹ V est.² V simili.³ V quidquid.⁴ V inter materiam et formam.⁵ V om.⁶ V quasi.⁷ V Sortis ut Sortes.

⁸ V Sexto modo dicitur natura id quod pullulat pullulans sicut arbor vi seminis et homo et animal vi generativa. Septimo modo dicitur natura efficiens per accidens ut iam ante expositum est.

⁹ V penultimus.¹⁰ A om. id... pullulans.¹¹ V VII^o.¹² V VII^o.

prius est quam homo et tunc natura dicitur generalitas forme respectu forme specialis.

Boethius etiam philosophus noster¹ in libro *De duabus naturis et una persona Christi* distinguit naturam per quattuor differentias sic. Natura aut de solis spiritualibus² dici potest aut de solis substantiis id est corporeis et incorporeis aut de omnibus rebus que quocumque modo³ esse dicuntur. Cum de omnibus rebus, ita diffinitur: Natura est earum rerum que cum sint aliquo modo in intellectu vel quocumque modo capi possunt. Si vero de solis substantiis sic diffinitur: Natura est vel quod facere, vel quod pati possit. Si vero de solis spiritualibus sic diffinitur: Natura est principium motus per se. Est et alia assignatio nature, per quam dicimus diversam esse naturam auri atque argenti in hoc proprietatem rerum monstrare cupientes, que⁴ significatio nature diffinitur hoc modo. Natura est unamquamque rem informans specifica differentia.

Hylarius in libro *de Trinitate* distinguit inter naturam et rem nature et appellat naturam formam essentialem secundum quod est principium agendi sicut homo generat virtute humanitatis, que est in ipso et ignis virtute igneitate et sic de aliis. Res autem nature est particulare ipsum vel individuum, quod mediante illo actu, cuius principium est (V 15^{rb}) natura, in esse producitur, ut Sortes per generationem hominis vel hic ignis per generationem ignis. Et ideo dicit Hylarius, quod in omni creato aliud est natura, aliud res nature. In divinis autem propter simplicitatem est idem natura et res nature, quia ibi persona, que est quasi res nature, est essentia, virtute cuius Pater generat Filium (A 51^{va}) et spirat⁵ Spiritum Sanctum.

Natura dicitur causa prima et hec est natura naturans et hec est universalissima. Natura etiam dicitur intelligentia sicut angelus et hec ut universalior. Causa ergo prima et intelligentia dicuntur nature naturantes id est formam et esse cuilibet dantes una per auctoritatem et virtutem, alia per solum ministerium. Non enim sunt angeli creationes, sicut dicit *Damasceus* secundo⁶ libro. Natura etiam dicitur principium movendi sive uno modo sive pluribus sive sponte, sive non sponte, et hec est etiam universalis secundum *Avicennam* ut virtus infusa substantiis colorum ad regendum et gubernandum omne generationem et corruptionem, que sunt in mundo. Alia est particularis ut forme particulares individuum.

Natura etiam dicitur vis insita rebus ex similibus procreans ut quatuor prime qualitates scilicet calidum frigidum humidum siccum et hec natura similiter est particularis. Dicitur etiam⁷ natura quelibet dispo-

¹ V om. philosophus noster.² V de spiritualibus solum.³ V modo diffinitur.⁴ V que sicut genus nature.⁵ V et Pater et Filius spirant Spiritum Sanctum.⁶ A et V tertio.⁷ V similiter.

sitio, que comitatur complexionem, qua dispositione¹ redditur res apta ad aliquid secundum quod dicitur homo naturaliter mansuetus. Dicitur etiam natura forma rei specifica et hec dicitur natura auri et dicitur natura, quia per naturam est acquisita.

Et nota, quod, sicut innuit *Aristoteles in libro Celi et Mundi*, forma quedam est innata materie nec est extra perficiens ut forma primordialis materie. Et hec est a natura naturante, quia est a causa prima creante. Quedam vero est extra perficiens ut omnes alie quoquomodo contrahentes primordiale materiam et hee omnes acquiruntur a natura vel ab intelligentia vel a generatione, quam precedunt naturales adaptationes vel acquiruntur per alterationem ut que post remotionem sui contrarii cum primo essent in potentia latentes in aptitudine subiecti, postmodum deteguntur et hec omnes fluunt a principio intrinseco, quia ab aptitudine intrinseca ipsa natura detegente. Sed quedam sunt ab actu id est a principio extrinseco et hoc dupliciter scilicet per coniunctionem in unum ut domus vel per separationem partium ut forme incisorum que non dicuntur ab actu, eo quod non sunt ab aptitudine intrinseca, sed quia principium detectionis est actus sicut illis natura.

Et nota, quod actus dicitur multipliciter. Dicitur enim actus forma substantialis, quia confert esse actuale. Dicitur etiam actus actio naturalis et etiam actio artificialis et sic sumitur, cum dicitur, quod quedam forma est a natura id est a principio intrinseco quedam ab actu id est a principio extrinseco (A desinit), et hoc habetur in 2^o *capitulo Sex principiorum*, ubi queritur de figura, que apparet incisa in se ut in lapide dolato (V 15^{va}), a quo fit a natura vel ab actu. Et dicitur ibi, quod non videtur esse ab actu, quia sola illa forma proprie et vere est ab actu, que fit per additionem, ut cum aliquid additur alicui, ex quibus resultat forma maior et convenientior. Nulla enim est aptitudo naturalis, a qua fuit hec. Sed illa, que fit in incisione in aptitudine rei naturalis fuerat, quare non videtur esse ab actu, propter (hoc) nec a natura, cum natura non detegat sed sensus. Et solvitur illa questio. Talis forma secundum esse est a natura, sed secundum quod sentitur, secundum quid est ab actu. Natura enim tales partes situavit in toto, quod omnem figuram sive formam ante sic pandere (?) nostrorum sensuum comprehensionis potentia valeat apprehendere penetrando. Sed quia non potest, ideo necesse est, ut partium figuram detegat actus, qua detectione facta sensus figuram discernere potuit. Figura enim, que natura fuerat insensata, mediante actu fit sensata et sic patet questio; Amen.

*De quidditate et esse domini fratris Alberti Magni
ordinis predicatorum feliciter finit.*

¹ A om. dispositione ... secundum quo.

Sünde und Unsündlichkeit.

Von Dr. Alexander M. HORVÁTH O. P.

(Fortsetzung.)

Die Sünde.

5. Die objektiven Merkmale der Sünde.

a) Die Gottentfremdung (*aversio*) als Beleidigung (*offensa*, *malum Dei*).

Wenn wir ein Ding seinem Wesen und seinem inneren Bestande nach erkennen wollen, so suchen wir seine Formalursache aufzuhellen. In der physischen Ordnung gelangen wir dadurch zu derselben, daß wir die aktiven Eigenschaften beobachten und feststellen, aus denselben deren substanziale Unterlage und Quelle uns zu vergegenwärtigen suchen. Das Wesen der materiellen Dinge wird aus zwei Elementen: Grundstoff (*materia prima*) und Form (*forma substantialis*) erkannt; ihre substanziale Einheit wird durch die Natur der materiellen Welt gefordert.

Die künstlichen Gestaltungen des Menscheistes müssen wir auf dem gleichen Wege sinngerecht zu machen und unserer Erkenntnis näher zu bringen suchen. Dabei wird die Materie entweder durch die äußeren Dinge vertreten, die durch den Geist neu geformt werden, oder durch den Geist selber, der infolge seiner Potenzialität verschieden gestaltungs-fähig erscheint. Die Form dieser Kunstwerke — das Wort *ars* im allgemeinsten Sinne verstanden, als Gegensatz zu den Werken der Natur — ist das verschiedenartige Aufleuchten des Geistes, die Wirkung seiner eigenartigen Seinsgestaltung: das *esse secundum rationem*. Aus dieser Materie und Form entsteht keine substanziale Einheit (*unitas per se naturalis*), sondern bloß eine relative, beziehungs-mäßige Zusammensetzung (*unitas artificialis*). Die Form derselben ist ein ordnendes Prinzip, dessen gestaltende Kraft sich nicht darin äußert, daß es sein eigenes Sein zur Formung der Materie des Stoffes darangibt, wie dies in der physischen Welt der Fall ist, sondern als leitende Idee dem Geiste vorschwebt und ihm bei der Verwirklichung des *esse secundum rationem* als Vorbild dient. Dieses leitende Prinzip